68 5

Bulla S. D. N. PII diuina prouidentia Papæ IIII. Super erectione Montis Pij non vacabilis, cum priuilegijs ampliſſimis: Ad rationem Septem cum dimidio pro quolibet Centenario exigeñ.

Biblot. exigeñ. Secr.

Coll. Secr.



Soc. Jesu

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

ROMAE Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem. M D L X.

Pius Epus Seruus Seruorum Dei,
Ad Futuram Rei Memoriam.

ROMANVS Pontifex cui ſupremus ille vni-
uerſi Dñs, cuius vices gerit in terris, non
ſolum ſpiritualium, verum etiam ad faci-
liorem illorum directionem, onerumq; ſi-
bi & apoſtolicæ Sedi pro vniuerſalis eccle
ſię regimine feliciter obeundo incumben-
tium ſupportationem, temporaliũ ſimiliter curarum ſo-
licitudinem, ſua ineffabili prouidentia credidit, aliquan
do circa varias temporalium ipſorum, ſine quibus ſpiri-
tualia diu conſtare non poſſent, anxietates verſari cogi-
tur, ac vbi neceſſitatem magis vrgere proſpicit, oppor-
tunum ad id auxilium minori q̃ fieri poſſit rerum iactura
adhibere; ac alias veteres reuocare & abolere, nouasq;
reddituum dictæ Sedis hippotecas conſtituere, ac neceſſa
rias inde pecunias accipere, pſonarumq; ſecum propterea
contrahentium indemnitati pariter & honori conſulere
ſolet, prout inſtantis egeſtatis temporumq; difficilium cõ
ditione penſata, ſalubriter in Domino cõſpicit expedire.
Sane cum nos ad ſummum Apoſtolatus apicem diuina fa-
uente clementia nuper aſſumpti inuenerimus Sedem &
Cameram apoſtolicam, cuius omnia fere bona & proprie
tates a Romañ. Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, par
tim in perpetuum, partim ad tempus alienata, vel pigno
rata fuiſſe reperiuntur, non ſolum redditibus deſtitutam,
ſed etiam propter expenſas occaſione Bellorum penuriæ
tritici, & ſedis ipſius nouiſſime vacãtis magna æris alieni
mole oneratam, ita ꝙ ne dum æri alieno prędicto pro quo
maximnm intereſſe perſoluitur ex ſoluendo, ſed etiam
quottidiano familiæ nrę victui neceſſarii prouentus non
ſuppetant: Cumq; non ſit aliud, q̃ infraſcripta, quod pro
mercatorum, aliarumq; perſonarum cautione pecunias
ſubminiſtrare volẽtium valeat hippotecari ſeu obligari.
Nos huiuſmodi neceſſitate coacti, Volentes creditoribus
ſatisfaciendo pro illa parte ab ęris alieni huiuſmodi, & in
teruſuriorũ ſeu intereſſe, quæ propterea ſoluũtur onere,
Nos & Sedem ac Cameram pręfatas liberare, & Montem
Nouennalem Scutorum Centum octuaginta ſeptem mil-

lium ſuper Cabella quatreni Carnium nũcupata in ſtatu eccleſiaſtico (Alma Vrbe, & Ciuitate Bononia exceptis) per fel. rec. Iulium iii. prędeceſſorem noſtrum impoſita, & pię me. Paulum iiii. etiã prędeceſſorem noſtrum confirmata redimere & extinguere, pro cuius redemptione & extinctione ſcuta Centum ſeptuaginta nouẽ millia ſimilia veniunt ſoluenda, quandoqdem reliqua octo iam extincta fuerunt. Prẽmiſſisq; abſq; ſubditorum vlteriori grauamine prouidere, ac cõſiderantes ꝙ tam recolende me. Leo x. Clemens vii. Paulus iii. & præfatus Iulius, q̃ etiam prædictus Paulus iiii. prædeceſſores noſtri, ſuper Sedis & Cameræ prædictorum introitibus, partim perpetuos, partim temporales erexerũt Montes & officiorum Collegia perceptis pro illorum preciis, diuerſis etiam notabilibus pecuniarũ ſummis, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ipſius Ro. Ec. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu, vnum Montem Pium nuncupandum, in dicta Alma Vrbe, pro tot perſonis, quot pecunias ſuas in eo vſq; ad ſummam ſcutorũ Quadringentorũ quinquaginta quinque millium, ad rationem decem iuliorũ ꝓ ſcuto poſueriut, Apoſtolica auctoritate, & ex certa ſciẽtia, ac de apoſtolicę poteſtatis plenitudine tenore pñtium eriginius & inſtituimus, ac illi ſic erecto & inſtituto Gabellam dicti quatreni carnis Status eccleſiaſtici Alma Vrbe & Ciuitate Bononia exceptis, ad ſcuta triginta quatuor millia prædictis pro quolibet anno arrendatã, cuius impoſitionem, & alia infra dicenda aſſignamenta donec Mons Pius ꝑdictus durauerit, & deinde ad Sedis prædictæ beneplacitũ durare, & ꝑſolui debere declaramus, ac quatenus opus ſit prorogamus ꝓ ſcutis decẽ & octo millibus trecentum vigintiquinq;, necnon Marchiæ ꝓ quinq; millibus, & Vmbriæ ꝓ tribus millibus, ac Romandiolæ ꝓ quatuor millibus noningẽtis, necnõ Patrimonii Theſaurarias ꝓ duobus millibus octingẽtis qnquaginta ſcutis ſimilibus ab omni impoſitiõe grauamine reſtauro, & alio onere, ac quocũq; caſu fortuito, etiam quantũlibet inexcogitabili pro tempore cõtingenti liberis immunibus & exemptis, quibus Theſaurariis reſpectiue q̃ plurima idonea & ſufficientia aſſignamenta dictas ſummas ſatis excedentia ad hunc effectum, per alias noſtras literas aſſignauimus, an-

nũatim, & ſingulis duobus mẽſibus ratã p Gabellæ Appal tatores, & hmõi Theſaurariarũ Theſaurarios pro tẽpore exiſtentes integre, & abſq; aliqua diminutione, perpetuis futuris temporibus donec Mons Pius pręfatus durauerit in Vrbe perſoluendis, incipiendo currere fructus hmõi a Data pñtium & illorum primam ſolutionem faciendo in fine menſis Maii proxime futuri pro duobus menſibus, & decem & octo diebus, & ſucceſſiue de bimeſtri in bimeſtre proſequendo, & ad quas ſolutiones ſic faciendas moderni exnunc, futuri vero Appaltatores, & Theſaurarii ante Gabellæ, & Theſaurariarũ prædictarum reſpectiue adeptã poſſeſſionem pro tempore eorum conductæ Montiſtis dicti Montis Pii pro tempore exiſtẽtibus libere, & abſq; aliqua contradictione, exceptione, vel dilatione ſe ſe ẽt propriis nominibus obligare, ac futuri Appaltatores & Theſaurarii idoneam cautionem Bancariam in eadem Vrbe præſtare debeant, alias ad officia Gabellæ & Theſaurariarum hmõi admitti nõ poſſint, & illarũ appaltus ad quoſcunq; cum hoc onere tranſeat. Ita tñ q̃ ſi obligationes hmõi factæ non fuerint, vere tñ & non ficte factæ intelligant. Et ſi Appaltatores & Theſaurarii præfati non ſe obligauerint, vel per tres menſes a ſolutione dicti aſſignamenti ceſſauerint, liceat eiſdem Montiſtis Gabellæ & Theſaurariarum, quarum appaltatores ſiue Theſaurarii ceſſauerint, vel ſe non obligauerint poſſeſſionem corporalem propria auctoritate ẽt abſq; aliquo iuris aut Iudicis miniſterio apprehendere, miniſtros quoſcunq; expellere ſine ſpolii vitio, & ſibi ipſis ſatisfacere, ac Gabellas & Theſaurarias prædictas retinere donec illis fuerit integraliter ſatisfactum ac ſufficienter cautũ de eorum aſſignamento hmõi extunc in futurum decurrendo ſciẽtia & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedimus, applicamus & appropriamus, ac redditus annuos hmõi in totum ad ſummam ſcutorũ Triginta quatuor millium centũ & viginti quinque ſimilium aſcendentes Monti Pio, eiuſq; Montiſtis pręd dictis omni meliori modo, quo poſſumus, vendimus, necnon Montem Pium, ac illius perſonas, & futurum Collegium in noſtrum & ipſius Cameræ locum, quo ad dictam ſummam ſcutorum Triginta quatuor milliũ centũ & viginti quinque, & illius exactionem, ac perceptionem, donec Mons præfatus durauerit, ponimus, ſubſtituimus, &

ſubrogamus, ac pro maiori Montis perſonarum,& Collegii hmõi cautela, ac ſecuritate, vltra ipſos redditus, vt ſupra aſſignatos, omnia & ſingula Sedis & Cameræ prædictarum bona mobilia & immobilia, ſpiritualia & temporalia, præſentia & futura vbilibet exiſtentia, etiam ſi cenſus & regalia, aut alias talia ſint, ꝙ in generali obligatione non comprehendantur, nec veniant, & præſertim ac ſpecialiter & expreſſe ſubſidium quartæ partis fructuũ, ꝙ congregationes regulares Italiæ Sedi apoſtolicæ prædictæ perſoluunt, ſactisfacto tamen Monti Nouennali ſuper ſubſidio hmõi erecto ac ſubſidium triẽnale prouinciarum Marchiæ & Romandiolæ, ſine tamen præiudicio aliorum Collegiorum,& Montium, quibus pars dicti ſubſidii hippotecata exiſtit. Quæ ſubſidia pariter de eodem conſilio & aſſenſu durare, & perſolui debere donec Mons Pius p̄dictus durauerit, Volumus & ſtatuimus Monti Pio, eiuſq; Collegio & perſonis prædictis inſolidũ obligamus & hippotecamus, ac obligata & hippotecata eſſe decernimus. Volentes & eadẽ apoſtolica auctoritate ſtatuentes, ac decernentes, quód quæcũq; vtriuſq; ſexus pſonæ cuiuſcũq; dignitatis, ſtatus, gradus,& cõditionis exñtes, etiã ſi Cardinalatus honore præſulgeãt, & Eccleſiis Cathedralibus etiam Metropolitañ. aut quibuſuis monaſteriis preſint, ac quæcunq; quotcunq; & qualiacunq; beneficia eccleſiaſtica obtineant, & in ſacris etiam presbyteratus ordinibus conſtitutæ, & Hieroſolimitañ. vel quorumuis aliorũ hoſpitalium & militiarum, ac quoruncunq; (non tamen mendicantium) ordinum Religioſi, quibus a iure vel per priuilegium conceſſum eſt poſſe proprium retinere, cuiuſcunq; nominis, qualitatis & conditionis, necnon qualitercunq; (præterq̃ ratione regularis profeſſionis in aliquo ordine mendicantium duntaxat) inhabiles & incapaces exiſtant in ipſo Monte Pio quaſcunq; pecuniarũ ſummas (non tamẽ infra Centum ſcuta ſimilia) vſq; ad ſummam Quadringentorum quinquaginta quinque millium ſcutorum hmõi complementum & non vltra, ponere,& tam ipſæ perſonæ, q̃ earum hæredes & ſucceſſores, aut alii ab eis cauſam habentes, pro pecuniis ſic poſitis ad rationem Septem cum dimidio pro centenario ſingulis annis, & quolibet bimeſtri ratam eorundem ſeptem cum dimidio ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis

onere exigere, percipere, & habere, ac etiam ſi leſæ Maie ſtatis, aut alia quæcūq; quotcunq; & quantūcunq; grauiſſima crimina (præterq̄ in perſonam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut alicuius eiuſdem Ro. Ec. Cardinalis) comiſerint, & propterea ſiue in eorum non comparentium contumaciam, ſiue legitime conuictæ in penā quamlibet etiam vltimi ſupplicii condemnatæ, ſeu etiam illi realiter traditæ, ſeu etiam condemnandæ, ac illi tradendæ, ac omnia eorum bona confiſcata, aut confiſcanda fuerint, nihilominus de pecuniis in ipſo Monte eorum nomine exiſtentibus, ac emolumentis eis ex eodem Monte ſpectantibus Romani Pontificis, ſeu prefatæ Cameræ, vel cuiuſuis alterius licentia, ſeu auctoritate confirmatione vel ſcriptura deſuper nullatenus requiſita, quibuſcunq; eis placuerit, in toto vel in parte, ſimul vel ſeparatim, etiam in fauorem complurium, dummodo in alicuius perſonam de minori quam centum ſcutorum ſimiliū, ſummam non diſponatur, teſtamento ſeu condicillis, aut venditione, donatione, permutatione, ceſſione, vel quocunq; alio titulo, etiam per ſimplicem cedulam manu ſua ſcriptam, vel ſubſcriptam, aut publicum inſtrumentum, ſeu alias in quorūcunq; etiam filiorum ſuorū illegitimorum ex quocunq; quantūcunq; damnato coitu procreatorum, aut aliarum etiam magis incapacium perſonarum fauorem, etiam ſi pluries de incapaci in incapacem diſponi contingat ad eorum libitum libere diſponere poſſe, & pecunias in eodem Monte exiſtentes, ac emolumēta exinde pro tempore prouenientia, etiam ſi perſonæ Montis huiuſmodi ex leſæ Maieſtatis, aut aliis criminibus prædictis, vt præfertur, condemnatæ, & vltimo ſupplicio traditę, ſeu condemnandæ, & ſupplicio hmōi tradendæ, ac alia eorum bona confiſcata ſint, aut confiſcanda veniant confiſcari, ac tam portiones & loca Montis prædicti, q̄ illorum fructus ad inſtantiam creditornm, vel alias quouis modo ſequeſtrari, impediri, aut deſuper aliquod ius, aliquæue actiones, tam in vim obligationis generalis bonorum, etiam cum iuramento de preterito factæ, q̄ in futurum fiendæ creditoribus acquiri nullatenus poſſe, & ſi pſonæ Montis hmōi inteſtatæ, aut de pecuniis eiuſdem Mōtis & emolumentis hmōi per eas aliter non diſpoſito deceſſerint ab inteſtato ad eorum vtriuſq; ſexus liberos, &

alios deſcendentes; ſeu aſcendentes, conſanguineosq; & affines, ſalua graduum prærogatiua ad inſtar aliorum bonorum patrimonialium, ſecundum cõmunem iuris diſpoſitionem tranſire poſſe & debere, ac perſonas Montis huiuſmodi Collegium inter ſe conſtituere, & collegialia iura & inſignia habere, nec non quæcunq; ſtatuta & ordinationes proſperũ & tranquillum ſtatum Montis hmõi concernentia condere, & cõdita mutare, corrigere, reformare, & alterare; ac officiales & miniſtros dicti Montis, quot quot neceſſarii fuerint, cum ſalario per ipſos declarando cõſtituere, cõſtitutos mouere, ac quaſcũq; pœnas et pecuniarias Mõti ſeu illius Collegio hmõi, vel quibus illis placuerit applicãdas in quoſcũq; illi contrauenietes infligere, nec non oĩbus & ſingulis priuilegiis, facultatibus, exẽptionibus, immunitatibus, gratiis, literis & indultis, quibus Dilecti filii Collegium & perſonę Montis Fidei eiuſdẽ Almæ Vrbis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & abſq; vlla penitus differẽtia, vti potiri, & gaudere, libere, & licite poſſe, nec non Montem Pium, eiuſq; Collegium hmõi, ac omnes & ſingulas illius perſonas ratione pecuniarum quæ in eodẽ Monte habuerint ab omni ſtratarum, & decimarum, ac etiam meſatæ nuncupatæ, & aliarum impoſitionum per nos & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, etiã pro defenſione fidei, & conſeruatione ſtatus Romañ. Eccleſiæ hmõi quomodolibet impoſitarum ſolutione, immunes, & exemptos fore ac cenſeri debere, necnon Montem Pium, pſonas, ac Collegium præfatos, eorumq; hæredes, & ſucceſſores, ac ab eis cauſam habentes ſuper dictis aſſignamentis & illarum exactione, etiã per nos, aut ſucceſſores noſtros Ro. Pont. pro tempore exiſtentes, ſeu dictam Sedem quouis modo pturbari, impediri, moleſtari, aut aliquo grauamine, ſeu onere, etiam ſi euidens vtilitas & vrgens neceſſitas, etiã pro eiuſdem fidei tuitione & expeditione cõtra infideles id ſuadeãt grauari vel onerari. Ipſoſq; Collegium Montiſtas & perſonas vel eorum aliquem ad probãdum, etiam in iudicio quod Quatuor centum quinquaginta quinque millia ſcuta hmõi, vel aliqua illorum pars in vtilitatem aut neceſſitatem eccleſiæ, ſeu Sedis & Cameræ præfatarũ conuerſa ſint minime teneri, nec obligatum eſſe, nec ad

id per

id per quoſcunq; etiam ſucceſſores noſtros, quouis p̃textu compelli poſſe, ac præſentes literas nullo vnq̃ tẽpore de ſurreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu notari vel impugnari, ſed illas vim & robur, veri & validi contractus, ac efficacis obligationis inter nos ac Sedem & Cameram præfatas ex vna, & eos q pecunias ſuper ipſo Monte Pio poſuerint, aut ab eis cauſam habebunt ex altera partibus legitime initi & ſtipulati obtinere, ſicq; & non aliter in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunq; etiam Cardinales prefatos, ac cauſarum Palatii apoſtolici Auditores, ac alios etiam quacũq; tam ordinaria q̃ delegata & mixta auctoritate fungentes iudices & perſonas in quauis cauſa & inſtãtia ſublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoq̃ quauis auctoritate ſcienter vel ignorãter contigerit attentari. Et inſuper vt Mons Pius hmõi & præſentes literæ ſuũ celeriter & feliciter conſequantur effectũ, Harum ſerie ſtatuimus & ordinamus atq; decernimus & mandamus, Quod dilectus filius Franciſcus Odeſcalcus eiuſdem Cameræ Præſidens, & poſt eum pro tempore exiſtens noſter & eiuſdem Cameræ Theſaurarius pſonis ipſis pecunias in eodem Mõte ponentibus, pro earum ſecuritate patentes literas ſua manu ſubſcriptas, & ſigillo ipſius Montis Pii munitas, & poſt completam Montis hmõi diſtributionem, ne illis qui loca eiuſdem Montis acquiſiuerint cedentibus vel decedẽtibus, aut de locis ipſis aliter diſponentibus, qui in eiſdẽ locis ſucceſſerint in incerto ſint eis, Cum primum de ſucceſſione hmõi coram ipſo Franciſco etiam extraiudicialiter, & quantum ſibi ſatis eſſe videbitur docuerint ſuper eiuſmodi ſucceſſione ſimiles literas conficere & tradere. Collegium vero dicti Montis, ſeu illius Officiales pro tempore exiſtentes ad quos ſpectabit, ſtatim viſis eiuſmodi literis, eos pro quibus illę emanauerint in numerum participum eiuſdem Collegii recipere, ac eis per dilectum filium Rubertum Vbaldinum Mercatorẽ Florentinũ, fide & facultatibus idoneum, quẽ depoſitariũ dicti Montis, cũ facultate exigendi dicta aſſignamẽta facimus & conſtituimus, & alios officiales ipſius Collegii ad quos ſimiliter ſpectabit, de omnibus & ſingulis dicti Montis, emolumentis

facultas exige di depositario dat

reſponderi facere reſpectiue teneantur. Nos enim eidem Præſidenti, & poſt eum ꝑ tempore exiſtenti Theſaurario prædictis pro præmiſſorũ effectu & executione, præmiſſa omnia & ſingula faciendi, & quaſcunq; ceſſiones de locis Montis huiuſmodi illorumq; fructibus recipiēdi & admittendi, ac deſuper ſimiles literas patentes expediendi & expediri, cæteraq; neceſſaria & opportuna faciēdi & exequendi, plenam & omnimodam facultatem concedimus. Præterea vt futuræ Montis huiuſmodi perſonarum commoditati, quantum poſſumus conſulamus, ēt harum ſerie volumus & Apoſtolica auctoritate p̄fata decernimus, atq; indulgemus. Quod ꝑpetuis futuris temporibus quæcunq; perſonæ tam eiuſdem Montis pro tempore creditrices, quam etiam aliqua ex illius locis huiuſmodi per ceſſionem, vel alias etiam per primęuam pecuniarum in illo impoſitionem acquirentes, ad loca ipſius Montis quaſuis perſonas ſub quarũ nominibus loca ipſa quæſita ſint ſiue cantent nominare, & ſibi ipſis quoad vixerint, tam ipſorum locorum, q̄ etiam fructuum illorum omnimodam diſpoſitionē, illa interim perſonis nominatis huiuſmodi penitus interdicta, ac cum aliis ſibi bene viſis, alias tamē licitis & honeſtis pactis, & conditionibus, dũmodo in literis patentibus prædictis id exprimatur reſeruare poſſint, quodq; quotienſcunq; contigerit poſt dictum Franciſcum Præſidentem, ipſius Cameræ Theſaurarium a Ro. Cur. abeſſe, durante abſentia huiuſmodi pro tempore exiſtens eiuſdem Cameræ Præſidens in eius locum ſurrogatus ſit, & eſſe cenſeatur, prout nos ex nunc illum in euentũ abſentiæ Theſaurarii huiuſmodi cũ paribus facultate & poteſtate & auctoritate ſurrogamus ac decernimus. Quodq; anno a Data præſentium computato durãte, pro reſignationibus dicti Montis, nihil niſi honeſta merces dilecto filio Alexãdro Peregrino Cameræ Apoſtolicæ Notario, quē Secretarium dicti Montis conſtituimus, literas patentes conficienti, anno vero elapſo, Iulios tres pro quolibet loco ratione compoſitionis Collegio prædicto perſoluantur & quia, vt præmittitur, dicta Gabella Carnis Monti nouennali pro ſumma ſcutorũ Centum Septuaginta nouem millium prædictorum obnoxia exiſtit Montem nouennalem huiuſmodi, ac illius erectionis literas & in eis cōtenta attentis facultate illum quandocunq; reſtituto precio

redimendi in illius erectione, in ipſis Cameræ fauorem re ſeruata, & actuali depoſito dictorum Centum Septuaginta nouem millium ſcutorum per nos & dictam Cameram apud dilectos filios Thomam de Marinis Cameræ præfatæ generalem Depoſitarium pro Octuaginta quatuor millibus, ac pro reliquis nonaginta quinque millibus ſcutis, quondam Baltaſſaris de Olgiatis, Aloyſii de Rucellais, & Sebaſtiani de Monte acuto hæredes, necnon Thomam de Caualcantibus, & Io: de Giraldis, Petrum Antonium Bandinum, Rubertum Vbaldinum, & Hieronymum Mãcinum, ac Mattheum Morellum Mercatores Ro. Cur. ſequentes fide & facultatibus idoneos realiter & actualiter facto, dicta auctoritate apoſtolica earundem tenore præſentium, extinguimns, caſſamus, reuocamus, & annullamus. Et vt depoſitum caſſatio & extinctio, annullatio & reuocatio huiuſmodi perſonis loca dicti Montis nouennalis habentibus innoteſcat, Volumus ꝙ Dilectus filius noſter Guido Aſcanius Sfortia ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis de ſancta Flora nuncupatus, noſter & dictæ Sedis Camerarius in locis publicis Almæ Vrbis per ipſum Guidonem Aſcanium Cardinalem declarandis perſonis prædictis notificet, Quod infra ſex menſes in Kl. Aprilis proxime futuri incipieñ. debeant pecunias per ipſos ſuper dicto Monte nouennali habentes, quæ eiſdem etiam cum fructibus dictorum ſex menſium per dictos reſpectiue Mercatores, qui ad id etiam ſe obligarunt integre perſoluentur accipere, alioquin dictis ſex menſibus elapſis depoſitum prædictum periculo perſonarum pecunias ſuas non accipientium remaneat, & fructus eiſdem perſonis amplius non currant, & notificatio in dictis locis fienda, omnes etiam a Curia abſentes, etiam extra Italiam & vltra Montes exiſtentes afficiat, ac ſi ſingularibus perſonis predictis perſonaliter repertis notificatio huiuſmodi facta fuiſſet. Et inſup iniungimus eidem Guidoni Aſcanio Cardinali & Camerario, & eius in officio Camerariatus huiuſmodi ſucceſſoribus, Necnon Præſidentibus & Clericis dictæ Cameræ apoſtolicæ, nunc & pro tempore exiſtentibus, vt eiſdem Collegio & Montiſtis de redditibus præfatis eis aſſignatis integraliter ſatisfieri faciant, ipſeq; Guido Aſcanius, & Venerabilis frater noſter Federicus Epũs Preneſtineñ. de Cæſis nuncupatus, ac dilectus etiam filius

noſter Tiberius tituli ſanctæ Agathæ presbyter Cardinales, & eorum quilibet per ſe vel alium, ſeu alios Collegio & Montiſtis præfatis in præmiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtant, faciantq; auctoritate noſtra eoſdem quotiens pro eorum parte fuerint requiſiti, omnibus & ſingulis præfatis pacifice frui & gaudere, non pmittentes eos per quoſcunq; deſuper quomodolibet moleſtari, impediri aut inquietari, cõtradictores quoſlibet & rebelles, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis vel præeminentiæ fuerint, p cenſuras eccleſiaſticas & alias pecuniarias pęnas, aliaq; iuris & facti quæuis opportuna remedia, appellatione qualibet omnino poſtpoſita compeſcendo, Nõ obſtañ. Lateraneñ. Concilii nouiſſime celebrati, ac etiam ſanctæ memo. Symachi, Non liceat papæ incipiente, & Pauli ii. ac etiam Pauli iiii. aliorumq; Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, necnon aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ Cameræ etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis apoſtolicis per quoſcũq; Ro. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem eãdem etiã per viam generalis legis & ſtatuti perpetui, ac Motu ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam Conſiſtorialiter, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, & in eis caueretur expreſſe, Quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omniũ, necnon quorũcunq; inſtrumentorum conuentionum & præmiſſorum occaſione quolibet confectorũ tenores præſentibus p ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos & formas ad id ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis habẽtes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, Contrariis quibuſcunq;, ſeu ſi ali-

quibus cōmuniter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultū, quod interdici, ſuſpendi, vel excōmunicari non poſſint p literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hmōi mentionem. Volumus autē & auctoritate apoſtolica prædicta decernimus, Quod anno elapſo quandocunq; nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris, aut agentibus pro ipſa Camera videbitur, Mons Pius hmōi pro ea parte, quæ nobis, aut eis placuerit, eo tamen prius perſonis, de quorum intereſſe tractabitur p menſem ante intimato, & reſtitutis nomine ipſius Cameræ eodem menſe tranſacto perſonis ipſis pecuniis, quas in eodem Monte habuerint, vna cum emolumentis eis propterea debitis libere extingui poſſint. Quodq; locis Montis Pii prædicti in totum ſeu pro parte redemptis amplius loca prædicta vendi pignorari, aut hippotecari nō poſſint ſed ſtatim facta redemptione Mons præfatus pro parte redempta ſit eo ipſo extinctus, & pñtes literę quoad loca ſic extinguenda ſequuta illorum extinctione expirent, & nullius ſint roboris, ac ſi non ęmanaſſent, ac literæ apoſtolicæ in contrariū exhibendæ nemini ſuffragētur. Quodq; tranſumptis præſentium manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Collegii Montis Pii huiuſmodi, ſeu alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides in Iudicio & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ erectionis, inſtitutionis, venditionis, traditionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, poſitionis, ſubſtitutionis, conſtitutionis, deputationis, promiſſionis, obligationis, hippotecationis, ſtatutorum, ordinationis mandati, conceſſionum, indulti, ſurrogationum, extinctionis, ſuppreſſionis, derogationis voluntatum, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo, Quinquageſimo nono, tertio Idus Martii. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Pius p̄p̄.iiii. Catholicæ Eccleſiæ Ep̄us.ſſ.



✠ Ego Franciſcus de Turnone Ep̄us Oſtien.
✠ Ego R. Cardinalis de Carpo Ep̄us Portueñ.
✠ Ego F. Cardinalis Piſanus Ep̄us Tuſculañ.
✠ Ego Fed. Cardinalis Cæſius Ep̄us Præneſtiñ.
✠ Ego Io. Cardinalis Moronus Ep̄us Albaneñ.
✠
✠
✠ Ego Chriſtophorus Madrutius Cardinalis Trideñ.
✠ Ego Georgius Cardinalis de Armaignaco.
✠ Ego Otho Truchſes Card. Auguſtanus.
✠ Ego B. Card. dela Cueua.
✠ Ego R. Card. Sancti Angeli, Maior Pæñ.
✠ Ego Ti. Card. Criſpus.
✠ Ego Ful. Card. Peruſiñ.
✠ Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
✠ Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
✠ Ego Io. An. Card. Meſſaneñ.

✠ Ego Ia. Cardinalis Puteus.
✠ Ego Io. B. Cicada Card. ſancti Clementis.
✠ Ego Bernardinus Card. Traneñ.
✠ Ego Diomedes Card. Arianenſis.
✠ Ego Scipio Card. Piſarum.
✠ Ego Io. Card. Reomanus.
✠ Io. Antonius Card. Capiſuccus.
✠ Ego Tha. Card. Gaddus.
✠ Ego Laurentius Card. Strotius.
✠ Ego I. Card. Senoneñ.
✠ Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
✠ Ego Clem. Monil. Card. Aræcæli.
✠ Ego I. Card. Sabellus.
✠ Ego Io. Antonius Card. ſancti Georgii.
✠
✠
✠ Ego A. Card. Farneſius Vicecancell.
✠ Ego G. As. Card. Camerarius.
✠ Ego N. Card. de Sermoneta.
✠ Ego Hip. Card. Ferrarieñ.
✠ Ego Iu. Card. Vrbiñ.
✠ Ego Aloyſius Card. Cornelius.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.
✠
✠ Ego C. Card. Carafa.
✠ Ego Alf. Card. Neap. Regens.
✠ Vitellotius Card. Vitellius.
✠
✠ Ego Carolus Card. Borromeus.

A. Morañ.